Quelle:
Copyright:

futurum concludit, ut hostis comunis, sub, acta Hungaria, ipsum quoqs subvertat imperium Romanum. An typis excusus jam sit, ignoro.

13. Fol: 253b–255b

Excerpta ex libro de floribus temporum Joannis Keck.

Excerpta ex libro de floribus temporum Joannis Keck. Titulus est: "Brevis excerptio de floribus temporum Magistri Johis Keck de fluxu annorum ab initio mundi usque ad nativitatem domini." Incipit: "Ab initio seculi usque ad Xtum fluxerunt anni 3931." Finis horum excerptorum est: "Beda et sui sequaces ab Adam usque ad xti nativit: ponunt annos 5199. Ideo

Unum tolle datis ad milia quinque ducentis
Nascenti domino tot beda tot a prothoplasto.

Graeci autem amplius computant in 3Ban, nis prout patet ex data bulle sue missa ad concilium generale basilee celebratum, juxta computum quem sequitur Vincencius in Speculo secundum Jeronimum esse nt anni solum 3963. Paulus autem burgensis epi, scopus in suo Scrutinio Scripturarum et hebrei ponunt a mundi creatione usque ad xti nativit. tantumodo 3760 annos. Sed frater Johannes Keck monachus monasterii tegernsee computat annos 3931. Et plus concordat cum Jeronimo quia tantum in 32 annis minus computat. Opinio bede videtur verisimilior tamen opinio fratris Johannis Keck apparenciam habet probabilita,